AUGUSTINUS. ETC.
12. Jh. Seite 76v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26335
Copyright: Admont, Benediktinerstift



enim apostolatus mei uos estis in dno. mea defen
sio ad eos qui me examinant hec est. Numquid non habemus
licentiam sororem mulierem circumducendi. sicut et
ceteri apli. et fratres dni. et cephas. Vide quomodo
primum ostendat quid sibi liceat quomodo apls est. Inde
et cepit. non sum liber. non sum apls. et probat se aplm di
cens. nonne xpm ihm dnm nrm uidi. Nonne opus
meum uos estis in dno. Quo probato. ostendit sibi li
cere quod ceteris aplis. i. ut non operaretur manibus suis
sed ex euuglio uiuat sicut dns eis constituit. quod in
consequentibus apertissime declarauit. monstrauit. Ad hoc enim
et fideles mulieres habentes terrenam substan
tiam ibant cum eis. et ministrabant de substantia
sua. ut nullius indigerent horum quae ad necessaria
uite huius pertinent. quod beatus Paulus licere quidem
sibi demonstrat. sicut et ceteri apli faciebant. sed ea
potestate se uti noluisse postea commemorat.
Hoc quidam non intelligentes non sororem mulierem cum
ille diceret. numquid non habemus potestatem soro
rem mulierem circumducendi. sed uxorem interpre
tati sunt. Fefellit eos uerbi ambiguitas. quod et
uxor et mulier eodem uerbo grece dicitur. quamquam
hoc ita posuerit apls. ut falli non debuerint. quia
neque mulierem tantummodo ait. sed sororem mulierem.
neque ducendi. sed circumducendi. Verum tamen alios
interpretes non fefellit hec ambiguitas. et mulierem
non uxorem interpretati sunt. Quod quisquis putat non potuisse
ab aplis fieri. ut cum eis scte conuersationis mulie